



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officij Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

II. Singularis præterea Modestia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

storiam reperies D E V M hunc semper lusum in orbe terrarum lusisse;

*Exaltare humiles, & debellare superbos.*

Sint instar omnium duo pastores Saul, David : ille, quod superbè egisset, regno, & vitâ excidit: hic, quod paruulus esset in oculis suis, caput in tribubus Israël effectus est : quanquam nihil opus veteribus exemplis, abundamus eorum partim, qui cum se demissè in curâ animarum gessissent, ad summos Ecclesiasticorum honorum gradus suecti sunt, partim, qui ex humili nonaunquam loco ad sublime animarum regimen elati, quod se insolentiùs efferrent, eò grauiori casu Deo vltore corruerint, quò altius concenderant.

N V M: II.

*De Modestia.*

HVmilitatis filia, aut cognata est Modestia, cuius enim animo insederit humilitas, modestiam mox parit,

parit, aut secum adgignit, eaque æquè excellere oportet animarum Curato-rem. Cernitur autem Modestia in externâ, eaque decenti totius corporis compositione, in moderato vestitu, ac victu, & in rerum necessariarum apparatu minimè sumptuoso. Perridiculi sanè pastores animarum essent, qui crines capitis in suggestum attollerent, calamistro in cirros comerent, infra auriculas promitterent, frontem cuperarent, erigerent supercilia, oculis sagittarent, inflarent genas, nasum corrugarent, labia premerent, barbam mustacijs infamarent, idque nonnunquam cum periculosâ sacri calicis sumptione: verba infringe-rent, & ad aulicismum formarent, manus jactarent, incessum ad modulos componerent, calceos fenestratos, tibialia ferica, vndulatam supra modum vestem, & nitentem circumfer-rent, & ostentarent, quid magis info-lens, & quid inconcius istâ concin-

mitate in Clerico ? Igitur vestis sit munda, sed absit fastus, & luxus, siue in materiâ, siue in modo vestiendi : sit domus nitida , sed absit nimius aut sumptus, aut splendor. Dignitas sit in coronâ detonsi capitis, & decenti habitu clericali : nam hæc Sacerdotij insignia sine causâ negligere, sunt, qui damnent culpæ grauiorâ : præsertim ubi id foret scandalosum. Quo in genere facile etiam offenderes, si absq; veste clericali vel domi, vel foris ab aliis deprehendaris.

## NVM: III.

*De Mansuetudine, & Patientiâ.*

Item S. Bernardus mansuetudinem humilitatis collectaneam appellavit: itaq; vt humilem, ita te modestum ad omnes esse oportet. Constitut autem mansuetudo præsertim in moderandis motibus iracundiæ : vt nihil ore, gestu, facto iracundè agatur , ne quid implacidè, aut duriter,

ne